

saluū facere: quod perierat.

Incipiūt mille votue.

De sancta Trinitate. vñ. cxxvi.

De vñ. Sacramēto. cxxvii.

De scō Spiritu paupum

Rēs. Ad Corīthios.

Unicusq; datur

manifestatio

spūs: ad utilitatē. Alij qdē

per spm datur sermo sapiē

tie: alij autē sermo sciētie

scdm eundē spiritū. Alteri

fides in eodē spū: alij grā

sanitātū in vno spiritu.

Alij opant virtutū. Alij

pphetia: alij discreto spiri

tuū. Alij genera linguar:

alij interpretant sermo

nū. Hec autē oīa opat

vnus atq; idē spūs: diui

dens singulis: prout vult.

Euangi. Si diligitis me.

Regre in vigi penth. cxx.

De angelis. lco libri apo

l. dicit calypl. v. i. a.

illis. Dixit michi ā

gelus. Scribe: bñ qui ad ce

nā nuptiarū agni vocati

sūt. Et dixit michi. Hec ver

ba dei vera sūt. Et credi ā

te pedes eius: ut adoraret

eū. Et dixit michi. Vide ne

feceris. Conseruius enī tu

sū et frīn tuorū: habeam

unū testimoniū ihu. Dñi

adora. *Scdm Johannē.*

In illo tpe. Erat dies

festus iudeorū: et ascen

dit ihs iherosolimā. Est

autē iherosolimis pban

ca piscina. que cognoscat

hebraice bethsaida: quāq;

porticus hñs. In his iac

bat multitudo magna

languentū. cecorū clau

dorū. aridorū: expectantū

aque motū. Angelus autē

dñi scdm tempus descendi

bat in piscinā: et moue

batur aqua. Et qui pri

or descendiisset in piscinā

post motionē aque: san

xxx.

ficbat a quacūq; deince-
batur infirmitate.

De eterna sapientia.

In diebus illis. T. li. Sapientie.

Dixit salomon. Deus
patriū meorū et dñe mise-
ricordie. qui fecisti oīa ver-
bo tuo. et sapientia cōsti-
tuisti hoīem. ut dñctur cre-
ature tue que a te facta est.
ut disponat orbē terrarū
in equitate et iusticia: et in
directione cordis iudiciū
iudicet: da michi dñe sedm
tuarū assistitē sapientiā.
Et noli me reprobari a pu-
eris tuis: quoniā ego ser-
uus tuus sū: et filius au-
cille tue. *S. Mathem.*

In illo tpe. Exultavit
ih̄s in spū scō: et dixit.
Confiteor tibi pater dñe
celi et terre: qā abscondisti
hęc a sapientibz et pruden-
tibz: et reuclasti ea paru-
lis. Ita pater: quoniā sic

placitū fuit ante te. Omnia
michi tradita sūt a patre
meo. Et nemo nouit filiū
nisi pater: neq; patrē qui
nouit nisi filius. et cū vo-
luerit filius reuclare. Ve-
nite ad me oēs qui labo-
ratis et onerati estis: et e-
go reficiā vos. Tollite iu-
gū meū sup vos. et discite
a me quia mitis sū et hu-
milis corde: et inuuetis
requiē animabz vestris.
Iugū enī meū suauē est:
et onus meū leue.

seria lecta. De scā cruce.

Res. Ad philippū.

Christus factus
est pro nobis obediens
usq; ad mortē: mortē au-
tē crucis. ppter qd et deus
exaltauit illū. et donauit
illi nomen qd est sup oē
nomen: ut in noīe ih̄i
omne genu flectat. celesti-
um terrestriū et infernoꝝ.

Et omnis lingua confiteatur:
quia dominus ihesus christus: in
gloria est dei patris.

*In illo tempore. Ascendit. **Sanathian.***

In illo tempore. Ascendit dominus ihesus iherosolimam. et assumpsit duodecim discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascendumus iherosolimam: et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis: et condemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandum et crucifigendum: et tertia die resurget.

De quinque vulneribus.

In illo tempore. *Et I. Zacharie propheta.* Dicit dominus deus.

Effundam de spiritu meo super domum dauid et super habitantes iherusalem: spiritum gratie et misericordie. et aspicient in me quem transfixerunt. Et plangent cum placenti magno quasi virgines: et dolebunt super eum

ut doleri solet in morte primogeniti. In illa die erit plangens magnus in iherusalem: et dicetur ei. Que sunt iste plagae in medio manuum tuarum? Et dicit eis. In his plagatus sum in domo eorum qui me diligebant. Franca suscitare super pastorem meum: et super virum coherentem michi: dicit dominus exercituum. Peramiam pastorem: et dissipantes gregis. Dicit dominus: exercituum. *S. Iohannem.*

In illo tempore. Sciens ihesus quia iam omnia consummata sunt: ut consummaret scriptura dixit. Sitio. Vas ergo positum erat: aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto et hyssopo accipientes: obtulerunt ori eius. Et cum accepisset ihesus acetum dixit. Consummatum est. Et inclinato capite: emisit spiritum. Iudei ergo quoniam

para scire erat: ut non re-
maneret in cruce corpora
sabbato. erat enim magni
dies ille sabbati: rogave-
runt pylatū ut frangeretur
corū crura. et tollerentur.
Venerunt ergo milites, et
primi quidē frangerunt cri-
ra: et alteri qui crucifixus
est cū eo. Ad ih̄m autē cū
venissent, ut viderent cū
iam mortuū: non fregit
eius crura. Sed unius mi-
liti lancea latus eius a-
periuit: et continuo exiit
sanguis et aqua. Et qui
vidit testimoniū phibu-
it: et verū est testimoniū
eius.

In aduētū dñi. Ep̄la.

Locut' est dñs ad ach. v.

Euāg' Missus est angel' gab. v.

*Infra nativi-
tat et purif. dñi. Ep̄la.*

Quāto tpe heres par. xvi.

Quā Erant ioseph i. xvi.

*A purificationē vsq; paschi
i ab oī. p̄thi. vsq; ad aduētū
dñi n̄ra. I. li. Sapiēte.*

Ab initio et ante
secula creata sū,
et usq; ad futu-
rū seculū non desinā: et in
habitationē sancta coram
ipso ministraui. Et sic in
syon firmata sū. et in ci-
uitate sanctificata simili-
ter requieui: et in iherl̄m
potestas mea. Et radica-
ui in p̄lo honorificato:
et in partes dei mei heredi-
tas illius. Et in plenitu-
dine sanctorū: detentio
mea. *vel. I. li. Sapiē.*

Agentudo et decore
indumentū eius:
et ridebit in die nouissimo.
Os suū aperuit sapiēcie:
et lex clementie in lingua
eius. Considerauit semi-
tas domus sue: et panē
ociosa uō comedit. Sur-

reuerſi filij eius et beſſimā
predicauerūt: et uir ei lau
dauit eā. *Multe filie con
gregauerūt diuitias: tu
ſola ſcā dei genitrix ſup
greſſa es vniuerſas.* *Scd.*

In illo tpe. Extollens lucā.
voce quēdā mulier de tur
ba: dixit ad iſm. *Beatus*
venter qui te portauit: et
vbera que ſuxiſti. At ille
dixit. *Quinimo. Beati*
qui audiūt verbū dei: et
cuſtodiūt illud. *Infra*

pas. et octās penthecoſtes.
In illo tpe. S. Iohannē.

Stabant iuxta crucē iſu
mater eius, et ſoror matris
eius maria cleophe: et ma
ria magdalene. Cū vidif
ſet ergo iſs matrē et diſci
pulū ſtantē quē diligebat:
dicit matri ſue. *Mulier:*
ecce filius tuus. Deinde di
cit diſcipulo. *Ecce mater*
tua. Et ex illa hora: acci

pit tam diſcipulus in ſua.

Pro tribulacōe. lco libri

In dieb; Machabcor.

illis. Orationē facie

bant ſacerdotes dñi offerret

ſacrificiū pro p̄plo iſrl: io

uatha inchoante. ceteris at

reſpondentib; et dicentib;.

Dñs faciat vobis deus et me

munerit teſtamētū ſuū qđ

ad abrahā et yſaac et iacob

locutus eſt ſeruiorū ſuorū

fidelū. Et det vobis cor om

nib; ut colatis eū: et ſana

tis eius voluntatē. Adape

riat dñs cor v̄m in lege

ſua et in p̄ceptis ſuis: et

faciat pacē. Exaudiat ora

tiōes v̄as: et reconciliat

vobis. *Hec vos deſerat in*

tēpore malo: dñs deus v̄.

In illo S. Lucam.

In tpe: d. i. d. ſ. p̄nite. et

tribuitur vobis. *Querite: et*

inuenietis. *Pullate: et apie*

tur vobis. *Omnis enī qui*

petit accipit. et qui querit
inuenit: et pulsanti aperiet.
Quis autē ex vobis patre
petit panē: nunquid lapidē
dabit illi? Aut piscem: nū
quid pro pisce serpentē da
bit illi? Aut si petierit ouē:
nūquid porriget illi scorpio
nem? Si ergo vos cū sitis
mali nostis bona data
dare filiis vris: quāto ma
gis pater vester de celo da
bit spiritū bonū petenti
bus se. **Pro peccatis.**

Sicut Iheronimus **ephe.**
Iniquitates nostre
contenderunt contra nos:
dñe libera nos. Quasi unū
fac propter nomen tuū: quā
multe sūt auersiones nr̄e.
Tibi peccauim⁹ expectatio
israel: saluator nr̄ in tpe
tribulationis. Tu autē in
nobis es dñe: et nomen
sc̄m tuū inuocatū est su
per nos. Ne derelinq̄s nos:

dñe deus nr̄. **Euāgel.** Peti
te et dabit. r̄c. ut sup̄. **xxi.**

Pro pace. I. c. Ad Ephesios.

Ares. Vos qui aliquā
eratis longe facti
estis prope in spe: in sāgu
ne christi. Ipse cū est pax
nr̄a: qui fecit utraq; unū.
Et mediū parietē maderic
soluens inimicitias in
carne sua legē mandato
rū decretis euacuās. ut di
os condat in semetipso in
unū hominē nouū faci
ens pacē: ut reconciliet a
vos in vno hoīe deo. per
crucē interficiens inimi
cias in semetipso. Et ve
niens euāgelisauit pacē
vobis qui longe fuistis:
et pacē his qui prope sūt.
Quoniā per ipsū habe
mus accessū ambo in v
no spiritu: ad patrem.

In illo **S. Iohanne.**
tpe: d. i. d. l. Pacem re

De Passione dñi feria
4. folio 92. In dieb⁹
illis non est species ei
neq; decet. **S.**
Euāgelium Iohannis.
folio 10. Ioh. Iuene
apprehendit Pilatus
Iesum: **S.** et sursum
eum uestimentum.

linguo vobis: pacē meā
do vobis. **N**on quomodo
mūndus dat: ego do vobis.
Non turbetur cor vrm:
neq; formidet. **A**udistis
quia ego dixi vobis: va
do et venio ad vos. **S**i di
ligeretis me gauderetis v
tiq; quia vado ad patrē:
quia pater maior me est.
Et nūc dixi vobis priusq;
fiat: ut cū factū fuerit cre
datis. **J**am nō multa lo
quar vobiscū. **V**enit enī
princeps mūdi huius: et in
me non habet quicquid.
Sed ut cognoscat mūdu
quia ego diligo patrē: et
sicut mandatū dedit mihi
pater: sic facio. **P̄firmo.**
Actio eplē b. Jacobi apli.

Ars. Tristatur ali
quis vrm: oret e
quo aīo et psallat. **I**nfir
matnr quis in vobis: in
ducatur presbiteros ecclesie

et orent sup eū. vngentes
eū oleo in noīe dñi: et orō
fidei saluabit infirmū. **E**t
alleniabit eū dñs: et si in
pccis sit dimittent ei. **C**on
fitemini ergo alterutrū
pccā vā: et orate pro iū
rem: ut saluemini.

In illo tpe. **S. Lucā.**
Cum impleisset ih̄s
oīa verba sua in aurib;
plebis: intrauit caphar
naū. **C**enturionis autē
cuiusdā seruius male ha
bens erat moriturus: qui
illi erat pccosus. **E**t cū au
disset de ih̄esu. misit ad eū
seniores iudeorū: rogans
eū. ut veniret et saluaret
seruū eius. **A**t illi cū ve
nissent ad ih̄m. rogabāt
eū sollicite: dicentes ei.
Quia dignus est: ut hoc
prestes illi. **D**iligit enī ge
tem nrām: et synagoga
ipse edificauit nobis. **I**h̄s

autē ibat cū illis. Et cū
iam nō longe esset a do-
mo: misit ad eū centurio
amicos dicens. Dñe noli
vexari: non enī dignus sū
ut sub tectū meū intres.
propter qd et meipsum nō sū
dignū arbitratus: ut ve-
nirā ad te. Sed dic verbo:
et sanabit puer meus.

Contra mortalitatem.

2 diebus illi. I. libri Regū.

Misit dñs pestilenciā
in isrl' de mane usq; ad tē-
pus constitutū: et mortui
sūt de poplo a dan usq; bar-
saber septuaginta milia
virorū. Cūq; extendisset
angelus dñi manū sup
iherlm ut disperderet eam:
misertus est dñs sup affli-
ctione ei'. Et angelo panti-
entē pplm dixit. Sufficit
nūc: contine manū tuā.
Erat autē angelus dñi:
iuxta arcam arcina ihe-

busei. Dixitq; dauid ad dñm:
cū vidisset angelū cidentem
pplm. Ego sū qui peccavi: et
ego inique egi. Isti qui dñs
sūt. quid fecerūt? Vertatur
obsecro dñe ira tua contra
me: et contra domū patris
mei. Venit autē gad ppha
dñi ad dauid in die illa: et
dixit ei. Ascende. et constitu-
e altare dño in arca arcu-
na ihebusei. Et ascendit da-
uid iuxta sermonē gad:
quē pręparat ei dñs. Con-
spiciensq; arcinā aīadu
nit regē et seruos eius trāsi-
re ad se: et egressus adora-
uit regē prono vultu in ter-
ram et ait. Quid cause est:
ut veniat dñs meus rex
ad seruū suū? Cui dauid
ait. Ut emā a te arcam. et
edificem altare dño: et ces-
set interfectio que grassat
in poplo. Et ait arcina ad
dauid. Accipiat et offerat

dñs meus rex: sicut placet
ei. Emit ergo dauid arcā.
et edificauit ibi altare do-
mino: et obtulit holocau-
sta et pacifica. Et repropiti-
atus est dñs terre: et co-
hibita est plaga ab israel.

In illo tpe. S. Mathcū.

Cū uenisset ih̄s in domū
petri: uidit socrū eius iacē-
tem et febricitantē. Et ten-
git manū eius: et dimisit
eam febris. Et surrexit: et
ministrabat eis. *Vespere*
autē facto: obtulerūt ei
multos demonia habētes.
Et eiebat spūs uerbo: et
omnes male habentes cu-
rauit: ut adimpleret qđ
dictū est per elayam pphē-
tam dicentē. Ipse infirmi-
tates nr̄as accepit: et egro-
tationes portauit.

Sup sponso et sponsa.

Ad Corinthios
Defatis quoniā

corpora v̄ra mēbra sunt
christi: Tollens ergo mē-
bra christi: faciā mēbra
meretricis? Absit. An nesci-
tis, quoniā qui adheret
meretrici: unū corpus effi-
citur? Erūt inquit duo in
carne una. Qui autē ad-
heret dño: unus spūs est.
Fugite fornicationē. Qui
enī quodcūq; p̄cām ho-
mo egerit: extra corpus est.
Qui autē fornicatur: in
corpus suū peccat. An ne-
scitis qm̄ membra uestra
templū est spūs sc̄i qui in
uobis est: quē habetis a
deo, et nō estis uestri? Empti
enī estis precio magno:
glorificate et portate deū
in corpore uestro.

In illo tpe. S. Mathcū.
Exurgens dñs ih̄s.

uenit in fines iudee ultra
iordanē: et secuta est eū
turba multa, et curauit

xxiii.

cos ibi. Et accesserunt ad cum pharisei tentantes eum; et dicentes. Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? At ille respondens ait eis. Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio: masculinum et feminam creavit eos? Et dixit eis. Propter hoc dimittet homo patrem et matrem: et adheret uxori sue. Et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo: sed una caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non separet.

Sequuntur Epistole et Evangelia. Pro defunctis.

sermo sanctus. Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

A fratres. Nolumus vos ignorare de dormientibus: ut non conturbemini sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui vivimus qui residui sumus in adventu domini non preueniamus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in nubesu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui vivimus qui relinquamur simul rapiemur cum illis in nubibus obviando Christo in aera: et sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini invicem: in verbis istis. In Christo Iesu: domino nostro.

In illo tpe. *S. Iohanne.*

Dixit martha ad ihm. Domine. si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia quecumque poposceris a deo. dabit tibi deus. Dicit illi ihc. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio. quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei ihc. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui uiuit et credit in me: non morietur in eternum. Credis hoc? Aut illi. Vtique dñe. Ego credidi: quia tu es christus filius dei: qui in hunc mundum uenisti.

feria tertia. Ad Corin.

Ares. Ecce *thios.* mysterium uobis dico. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento

in ictu oculi: in nouissima tuba. Canet enim tuba. et mortui resurgent incorrupti: et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est: uirtus uero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam: per dominum nostrum ihm christum. *S. Iohanne.*

In illo tpe: dixit ihc discipulis suis et turbis iudeorum. Ego sum panis uiuus: qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: uiuet in eternum. Et panis quem ego dabo ca-

xxiii.

ro mea est: pro mundi vita.
 Ingabāt ergo iudei: adiun-
 uerunt dicentes. Quomodo
 potest hic carnē suā nobis
 dare ad manducandū?
 Dixit ergo eis ih̄s. Amen
 amen dico vobis: nisi mā-
 ducaueritis carnē filij ho-
 minis et biberitis eius sā-
 guinē: non habebitis vi-
 tā in vobis. Qui mādu-
 cat carnē meā et bibit me-
 um sāguinē: habet vitā
 eternā. Et ego resuscitabo
 eū: in novissimo die.

feria quarta. l. li. apocalypf

2 diebus ult. v. ioh̄s apli.

Audui vocē de celo dicentē
 michi. Scribe. beati mortui:
 qui in dño moriūtur. Amo-
 do iam dicit spūs: ut requi-
 escant a laboribz suis. O-
 pera enī illorū: sequūt illos.

In illo d. iohannē.

Tpc: dixit ih̄s discipu-
 lis suis. et turbis iudeorū.

Sicut enī pater suscitāt mor-
 tuos et vivificat: sic et fili-
 us quos vult vivificat. Neqz
 enī pater iudicat quēqz:
 sed omne iudiciū dedit fili-
 o. ut oēs honorificent filiū
 sicut honorificāt patrem.
 Qui nō honorificat filiū:
 non honorificat patrē qui
 misit illū. Amen amen di-
 co vobis: quia qui verbū
 meū audit et credit ei qui
 misit me: habet vitā eter-
 nā. Et in iudiciū non ve-
 niēt: sed transiet a morte
 ad vitā. *feria quinta*

l. ioh̄s ioh̄s pphie.

Nec dicit dñs deus.
 Orietur in tenebris lux tu-
 a: et tenebre tue erūt sicut
 meridies. Et requiē dabit
 tibi dñs deus tuus semper:
 et implebit splendoribz os-
 sa tua. et aīam tuā libera-
 bit. Et eris quasi hortus
 irriguus: et sicut fons aqz

uius non deficient aque.

Os enī dñi: locutū est.

In illo tpe: **§. Iohannē.**

Dixit ihs discipulis suis
et turbis iudeorū. Amen a
men dico vobis: quia ve
niet hora et nūc est. qūdo
mortui audient vocē filij
dei: et qui audierint uiuēt.

Sicut enī pater habet vi
tā in semetipso: sic dedit
et filio vitā habere in se
metipso. Et potestātē dedit
ei iudiciū facere: quia fili
us hominis est. Nolite
mirari hoc: quia veniet
hora in qua oēs qui in
monumentis sūt. audiet
vocē filij dei. Et pcedunt q̄
bona fecerūt in resurrecti
onē vite: qui vero mala
egerūt. in resurrectionem
iudicij. **feria sexta.**

Ars. **Ad Corinthios.**

Si christus predi
catur qđ a mortuis resur

rexerit: quomodo quidā
dicūt in vobis: quoniā
resurrectio mortuorū nō
est. Si autē resurrectio mor
tuorū non est: neq̄ christus
resurrexit. Si autē christus
non resurrexit: inanis est
ergo predicatio nr̄a. ina
nis est et fides vestra. Inue
niuntur enī et falsi testes dī:
quoniā testimoniū dixi
mus aduersus dñm qđ sus
citauerit ihm. quē nō susci
tauit. si nō resurgūt mor
tui. Nā si mortui nō resur
gunt: neq̄ chrs resurrexit.
Qđ si nō resurrexit christus:
vana est fides vr̄a. Adhuc
enī estis in p̄cis vr̄is. Ergo
et qui dormierūt in christo:
perierūt. Si in hac vita tan
tū sperantes sum' in chro:
miserabiles sum' omibz
homibz. Nūc autē xps re
surrexit a mortuis: primi
tic dormientū. Quoniā

quidē per hoīem mors: et
per hoīem resurrectio mor-
tuoꝝ. Et sicut in adā oēs
moriūtur: ita et in christo
omēs viuificabunt. Unus
quisq; autē in suo ordine:
primū christus. In christo
ihū: dñō nrō. *S. Johāne.*
In illo t: dixit ih̄s discipu-
lis suis et turbis iudeoꝝ.
Omne qđ dat michi pater
ad me veniet: et cū qui ve-
nit ad me nō eiciā foras.
Quia descendi de celo non
ut faciā voluntatē meā:
sed voluntatē eius qui
misit me. *Hec est voluntas*
eius qui misit me patris:
ut omne quod dedit mihi
non perdā ex eo. sed resur-
scitū illud in nouissimo
die. Hec est enī voluntas
patris mei qui misit me:
ut oīs qui videt filiū et cre-
dit in eū. habeat vitā eter-
nā. Et ego resuscitabo eū:

in nouissimo die. *Sabbat.*

It. li. machabeoꝝ.

In diebus illis. Vir for-
tissim⁹ iudas hortabatur
populū cōseruare se sine pccō:
sub oculis vidētes que facta
sūt p pccō eorū qui pstrati
sūt. Et facta collatio dūo-
decim milia dragmas argēti
misit iherosolimā. offerri
ca ibi pro pccīs mortuoꝝ:
iuste et religiose de resurrecti-
one cogitās. Nisi enī eos q̄
occiderāt resurrecturos spera-
ret: supflūū videret et vanū
orare pro mortuis. Sed qā
considerabat qđ hī qui cū
pietate dormitionē accipāt:
optimā haberēt repositā
gratiā. *Sācta ergo et salu-*
bris cogitatio est. pro defū-
ctis exorare: ut a pccatis
soluantur. Euāgel. Ego
sū panis viui. ut s̄ fer̄ etia.